UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xvj. Qui cibus commodus, & quo tempore dandus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Visual Library

Sal enim in ſtomacho liquatus extinguit ſpiritum accipitris: rurſus abſque carne datus, viſcera conſumit. Adeps cuiuſuis animalis alienus à cibo accipitrum. vim enim concoctionis diſſoluit, & naturam ſtomachi corrumpit. Oleum datum cum ſale inimicum accipitri.

Qui cibus commodus, & quo tempore dandus.

NON omnis caro omni tempore confert. Suilla tum danda, cum extenuatus eſt. nam illa perpinguem efficit. Danda autem hyeme, cum frigore eſt facta tenerior. Sed bubula raro. hæc ad purgandum auxilio eſt. detur autẽ bis aut ter in menſe caprina. ouilla omni tempore conuenit. Eſus calidorum ſemper eſt commodus. Pulli columbini tum hyeme, tũ æſtate accipitrum victui accommodati. Sed caro coruorum aut cornicum nunquam prodeſt, potius nocet. at caro anſerina optima.

Amiſsis veteribus plumis, vt nouæ celeriter naſcantur.

PINNARVM coliculos vrſina axungia inungito, & celeriter pinnæ naſcentur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN